

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

LIX.

Salutem in Christo Servatore plurimam.

Literæ tuæ, Reverende & clarissime Domine Doctor, amice & frater plurimum colende, dilectissimeque, per Dominum Episcopum ad me transmissæ, probè mihi sunt redditæ, una cum tribus Orationum, à R. T. D. habitatum exemplaribus, pro quibus Dominus Præpositus, Parens meus & ego summas agimus & habemus gratias; nullam gratitudinis reipsâ declarandæ occasionem neglecturi. DEUS Opt. Max. R. T. ad nominis sui sacratissimi gloriam & Ecclesiæ fructuosam ædificationem quam diutissimè conserver, Amen.

Nova, quæ de Illustrissimo Domino Administratore & Principe Wirtembergico Juniore scripsisti, Illustrissimo meo Principi, (cujus celsitudinè literas T. R. secretò communicavi) non displicuerunt. Significavit tum mihi Celsitudo ejus, optare se, *ista inter nos secreta permanere, &c.* DEUS Opt. M. Vestræ Dignitatis pium & laudabile votum clementer ratum faxit, Amen. Quod superest, Rev. Tuam cum Reverendis Dominis Collegis, in primis clarissimo viro, Domino D. Pappo, divinæ bonitati observanter & obsecranter commendo. Raptim, 19. Octobr. Anno 96.

Parens meus Huberi Confutationem justam jam adornavit, quæ, ut spero, propediem evulgabitur.

Rev. Tuæ Dign.

observantissimus

Andreas Osiander, D.



LX.

S. D. Reverende & clarissime Vir, Domine Compater & frater carissime.

Quas 3. Calend. Januar. exeuntis anni 96. unâ cum prioribus, quas in nondinis Francofortensibus ad me misisti, rectè accepi, & pro Orationibus certamina Nestoriana, Eutychniana, Macedoniana, complectentibus officiosè gratias ago, ac te illarum editione præclare de Ecclesia meritum esse judico. Rumor de obitu Cardinalis Lotharingi in Sueciam usque penetra-

Eee ee

verat,